



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 6. De executione potestatis absoluendi à casibus reseruatis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

diabolueret à casibus reservatis Episcopo illius alterius Episcopatus, ex tacita eiusdem Episcopi licentia. Cuius licentia testis est ex eod. Nauarr. confuetudo illa, qua legitimus Confessarius habens predicatam facultatem, numquam remittit Praelitem ad Episcopum suum pro causa ei reservato. Vide sequentem numerum 69.

Tertium est, Episcopum concedendo aliqui omnem suā facultarem, & omnem suam autoritatem ad audiendas confessiones & ad absoluendum auditos, non videri eo ipso concedere casus sibi reservatos: nisi dicta: excepto tali casu reservato; quia exceptio regulam in contrarium tunc firmaret: vel nisi appareat intentionem illius fusile concedere casus reservatos, concedendo omnem suam facultatem. Aliae enim regula 81. iuris habet: nempe In generali confessione non venire quæ quis non esset verisimiliter concessuras. Qua ratione ex cap. finali: De officio Vicarij eodem libro, Officiale Episcopi seu Vicarius generalis, non potest ex commissione generali ipsi facta, conferre beneficia. Hæc sunt que docet Nauarrus. Quibus ad exhaustiendam huius rei dicti articuli addenda sunt alia, praesertim ex Soto.

Quartum igitur sit, de quo idem Sotus in 4. distin. 18. quest. 4. art. 2. col. 10. & 11. Quamvis legitimus Confessarius possit peregrinos absoluere à peccatis, vbi cumque commissis (quod ex Panorm. Nauarrus haber loco cit.) amen quia subdatur legibus dicēcis cui applicuerunt, dum habent causam ibidem reservatum Episcopo, non posse absque eiusdem licentia absoluī: quod maiore ratione dicendum est de habentibus in virtute dicēcis reservatum: nempe absoluī non posse nisi de licentia Episcopi dicēcis, in qua absolvi volunt. Item cum Soto sentientes plures refert Henrīq. in summa sua, lib. 6. cap. 14. § 8. lit. Q.

Addens citatis quoque authoribus lit. R. quod si casus reservatus in dicēcis peregrini, non sit reservatus in alia in qua vult confiteri, ipsum possit absoluti à Parocho loci ubi tunc est. In confirmationem verò adserit tacitam proprij Episcopi ratificationem de praefati, cuius testis est confuetudo & Doctorum consensus; in eos fundatus, quod consentaneum sicut proprius Episcopus subditio, cui ob distantiam subuenire non potest, velut subueniri per alios vbi est; & de his quorum reus est in penitentiali foro iudicari secundum leges & consuetudinem loci in quo est.

Addit quoque in margine litera Q, si talis habeat casum reservatum cum excommunicatione, ei impendendum esse onus presentandi se suo Episcopo. Id enim conductus ad consecrationem Ecclesiasticae disciplinae, ad quam excommunicatione spectat: vnde dicta est gladius Ecclesiasticae disciplinae.

Addit denique in eodem § 8. differentiam in hac re, inter peregrinum breui tempore alicubi morantem, & peregrinum morantem pro maiori anni parte, vt solent scholasticæ in Academias: quod ille non possit modo iam dicto absolvitib[us] casibus Papæ reservatus, à quibus Episcopus non potest aliter absoluere, quam nouo iure Concil. Trident. sess. 24. cap. 6. Ita verò ab eis quoque absoluti possit. Cuius differentia ratio est, quod talis potestas Episcopo concedatur tantum pro sibi subditis in sua die cœsi, quales non censerunt qui breui tantum tempore in ea morantur.

Quintum est, de quo idem Sotus in sequent. distin. 22. quest. 2. art. 3. dubio ante 3. conclus. Etiam si casus sit reservatus cum excommunicatione ab homine (modo ea sit generalis, ut est lata in quemcumque faciente furum) Episcopum loci ad quem excommunicatus peruenit, vel illius Vicarium possit taliter irrevocabiliter absoluere: perinde ac eiusdem proprius Episcopus potest, dummodo satisfaciat partis, & penitentia imposita à iure vel à iudice nec sibi fuerit contestata in tribunal proprio iudicis, quia tunc per eum aut per Summum Pontificem, vel alium superiorum eiusdem iudicis determinari.

Potremus est, quod adhuc Sotus ipse habet in prius citata quest. 4. art. 3. col. 7. Quamvis Sylvestris & Gabriel sententia Religiosos, per Clement. Dudum De seculi, priuilegiatos ad audiendas confessiones, & semel ab Episcopo approbatos, posse à casibus ipsi Episcopo reservatis absoluere, absque i-

psius licentia: tamen eorum sententiam nec tutam, nec receptam esse, quoniam expressè habetur in eadem Clementina. Per huiusmodi concessionem nequaquam intendimus ampliorē potestatē fratibus impendere, quam est Curatis & Parochialibus Sacerdotiibus à iure concessa; nisi forte eis Ecclesiarum Praelati vbeiores in hac parte gratiam specialiter ducere at faciendam. Ex quibus verbis patet Religiosos virtute dicti priuilegij, non posse absque speciali gratia Episcopi, absoluere à casibus ei reservatis, magis quam simplices Curatos. Quod confirmatur ex Clement. Religiosi. De priuileg. vbi excommunicantur Religiosi, sententia eis absoluere à casibus reservatis Apostolicae sedi, vel locorum Ordinariis.

Quamquam tamen inquit Sotus, si Episcopus vellet plures casus re errare Religiosis, quam Curatis, consenserit id facere in fraudem & in odium ipsorum: quæ fraus tam aperta esse posset, vt illi parendum non esset: cum per prædictam Extravagan. Summus Pontifex & generale Concilium Viennense, in quo illa fuit edita, parés Curatis faciat ipsos in hac materia; neque possit Episcopus Papæ & generalis Concilij decessus derogare. Idem post Sotum aliis citatis annotat Suarez tomo 4. disputatione 30. sect. 2. numero 16.

C A P V T VI.

De executione potestatis absoluendi à casibus reservatis.

S V M M A R I V M.

- 75 Superior auditus in confessione peccati stat reservatus, quam non reservatus, non potest ab iis solis absoluere, & pro absolutione horum ad inferiorem remittere.
- 76 Nec potest auditus solis reservatus habentem alia mortalia sacramentum aliter absoluere, nisi gravis necessitas id exigit.
- 77 Superior cui onus est audire totam confessionem subditi habentis casum reservatum, non debet cum sacramentaliter absoluere, sed ei quicunque confessionem audiat, illam committere.
- 78 Raro licet patet Superiori, vi auditus solvere reservatus, absoluat habentem alia mortalia.
- 79 Si in licentia Superioris nequit inferior à reservatus absoluere directe.
- 80 Nec etiam indirecte (ne quidem cum onore presentandi se Superiori) nisi iusta causa interuenierit.
- 81 Quo modo ex bona fide Penitentis valida esse potest absolution, habendi casum reservatum data ab Inferiori sine licentia Superioris.
- 82 Ex hac pari bonafide, valide absoluendi à simplici Sacerdote is qui probabilitate putans se habere tantum venialia, habet etiam mortalia.
- 83 In articulo mortis quib[us] Sacerdos quemlibet directe absoluere potest à quibuslibet peccatis.
- 84 Episcopi potestas absoluendi à casibus Papæ reservatis, qualis sit.
- 85 Ob urgentem necessitatem vitandi probable mortis periculum, aus grave scandalum, licet potest Inferiori, debite dispositum absoluere, etiamsi habeat casum aliquem reservatum.
- 86 Negantur procedere cum reservatio fuerit ratione censure.
- 87 Quatenus teneri possit contrarium.
- 88 Absolutus reservatis per eum cui ad facta est commissio à Superiori, non tenetur se huic postea presentare; nisi committendo ipse imponat tale onus.
- 89 Quid agendum habenti casum reservatum cum Superior adiutor potest.
- 90 Si superior auditus solis reservatis remittat ad Inferiorem procuris audiendis, probable est eidem Inferiori adiuvia aperienda esse ipsa reservata.

DE hac executione dicemus: tum respectu Superioris cui facta est reservatio: tum respectu Inferioris cui committitur absolutione à reservatis. Atque id, propositis documentis pro prædictis quibus intelligatur modus quo sine ab hoc siue ab illo perficienda est. Diversa vero quæ diversi diversè sentiunt omittemus. De quibus videri potest

Suarez tomo 4. disput. 31.
sect. 1 & 2.

Documenta de modo quo Superior potest à peccatis referuntur
ab soluere.

SECTIO PRIOR.

Ex doctrina quam idem Suarez in eadem sect. i. persequitur, ista sumuntur. Primum est, non esse liberum Superioris auditus penitentia tam non referuntur quam referuntur, absoluere à solis referuntur, & aliorum absolutorum. Inferiori committere. Ratio est: tum quia post factam debite confessionem integrum; neque absolutione dimidiari potest, quam iure divino integrum esse oportet, non minus quam confessionem: neque iam rite confessus compelli potest ad confessionem iterandam. Tum quia Superior, vel tunc habet intentionem confidendi Sacramentum, vel non habet: ac non habens nullum remittit peccatum; habens vero, vel nihil peccata omnia remittit, si Penitentis non ponat obicem: quia licet Sacramenti valor perdeat ex intentione ministri, effectus tamen Sacramenti non pendet ex illius voluntate: quandoque in Sacramentum produci effectum suum per modum cause naturalis, secundum recipientis dispositionem: quam supponimus sufficientem esse, ut per se ad directe omnia sua peccata ei per Sacramentum remittantur. Accedit quod eti in aliis Sacramentis quantitas materie non sit determinata iure divino, sed per intentionem ministri determinari debeat: in Sacramento tamen penitentia, eodem iure divino totum id pendeat ex recipiente, cui id ipsum ius defert munus applicandi materiam, puta contritionem & confessionem de suis peccatis integrum: ministro autem defert manus formam eidem materiae applicandi, dando scilicet absolutionem: quam perinde oportet integrum esse, ac confessionem cui applicatur.

Secundum documentum est, Superiorum non possilitate folis referuntur auditus habentem alia mortalia Sacramentaliter absoluere, nisi gravis necessitas id exigat. Hoc nonnullis rationibus Suarez in eadem sect. i. num. 6. probat. Illa autem sufficit, quod iuxta definitionem Concilij Trident. sess. 14. cap. 5. & Can. 7. confessionem dimidiari, sit contra ius, ideoque de se illicitum; & cum referentia non conferat Superiori nouum ius: sicut ipse non potuisse licet ante referentiam graviora tantum illa peccata audire, ceteris mortalibus omisssis, & Sacramentaliter absoluere sine rationabili causa; ita nec possit post referentiam.

Quamquam tamen, ut idem auctor addit, taliter collata valida erit, si Penitentis de omnibus suis peccatis contritus, agat bona fide, sicut bene dispositus: quia concurrent substantialia omnia, & consequenter omnia ad Sacramentum validitatem necessaria: integritas enim confessionis, de qua maximè dubitaretur, ob prædictam bonam fidem adeat formalis: etiam si ob omissionem non referuntur, desit materialis.

Tertium documentum, Quando non est quidem gravis necessitas; tamen revera onus est Superiori, audire totam confessionem: si ipse iudicet necessarium audire Penitentem de referuntur, potest audire ad imponendam penitentiam, & medicinam adhibendam; non autem Sacramentaliter absoluere: sed sublata referentia (quod potest sine Sacramentali confessione, etiam si referentia sit peccati sine cœfura, prout notat Henr. lib. 6. c. 14. in fine) remittere ad Inferiorum, qui totam confessionem audierat & Sacramentaliter absoluunt. Huius documentum ratio est, quod non videtur tunc a de causa sufficienti dimidiandi confessionem in Sacramentalem. Non quidem ex parte Confessorij: quem si iusta occupatio non permittit audire per seipsum integrum confessionem, ipse potest audiendi alteri committere: sicut committeret; nec per se absoluere non habentem causam referuntur, cuius confessionem integrum audire non viceret. Nec item ex parte Penitentis: quia talis causa non potest alicui esse, quam quod cogeretur duobus Confessoriis illa sua peccata referuntur detegere. Eam vero non esse sufficientem, argumentum est; quod quando virgente necessitate aliquis ut possit absoluiri ab Inferiori, constitueret ei integrum de omnibus suis mortalibus etiam referuntur; ipse adhuc teneatur pro horum absolutione offerre le Superiori cui re referuntur sunt: quoniam ea non fuerunt clavibus supposita sufficienter: si quidem

Inferior sine Superioris licentia nihil potest in referuntur ex Concilio Trident. sess. 14. cap. 7.

Vbi aduertere nihil esse cur Penitentis se tali onere gravari queratur: quia ipsum imponitur ei propter grauitatem peccati sui, & periculum nocendi alii per illud. Nec item est cur infamacionem lui obiciat: quia quantumvis Superior peccatum ipsum non audiat ad Sacramentaliter absoluendum, sed solum ad imponendam satisfactionem, vel committendam Inferiori absolutionem illius: ipse tamen tenet seruire secretum sub Sacramenti sigillo, quoniam ei detegitur in ordine ad Sacramentalem confessionem, siue inchoandam siue consummandam; quod sufficit ad eiusmodi obligationem, ut patet per tradita in praecedenti lib. 3. cap. 3. sect. ii.

Quartum documentum est: ratissimum esse necessitatem, ob quam licet Superiori auditus solis referuntur, Sacramentaliter absoluere habentem alia mortalia. Ratio est, quia ad eiusmodi necessitatem constitutam multa requiruntur, que tardius contingit simul concurrere: nempe ex parte quidem Confessorij: tale actum impedimentum adesse, ut totam ipse confessionem hic & nunca audire non possit. Ex parte penitentis vero, ut non possit differre diutius suam confessionem. Ac denique ex parte peccati, ut secundum prudens iudicium nequeat moraliter, vel certe non expidat, alterius iudicio quam Superioris, ipsum comiti. Quibus concurrentibus aduertere, non modo Superiori, sed etiam eum cui delegavit suam potestatem absoluendi a referuntur, posse dicto modo absoluere: quippe qui participes est eiusdem potestatis. Aduertere etiam Penitentem, accepto modo absolutionem, remissum ad Inferiorum pro absolutione aliorum peccatorum; non teneri cum his confiteri de ipsis referuntur: cum de eis coram Deo & Ecclesia, iam sit per se directe que virtute clavium absolutus a eo, qui sufficiens habuit iurisdictionem: non minus quam cum alias confessionem dimidiata est ex obliuione, vel ab aliquam causam rationabilem, siue ex parte Penitentis, siue ex parte Confessorij ortam. Quae non obstat quidem, quin omnia in priore confessione exprimitur in posteriore, tanquam nondum supposita clavibus: liberat tamen ab obligatione iterandi in ipsa posteriore confessione quae iam sufficienter in priore expressa fuerunt.

Si quis obiciat, quod confessio debet integrum fieri Confessori, non autem Confessoribus: Respondendum est id verum esse quidem per se loquendo, sed ex accidenti sufficer posse ut peccata omnia clavibus subiiciantur, quantumvis Confessores ideo sint distincti, quod ob iustam causam tota confessio nequiventer fieri vino.

Documenta de modo quo Inferior Sacerdos potest à referuntur absoluere.

SECTIO POSTERIOR.

Primum est, seclusa facultate Superioris, Inferiori non posse per se, ac directe à referuntur absoluere validè ac multo minus licet. Probatur: quia hac minimum ratione vetum est, quod Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. statuit, Sacerdotes nihil posse in casibus referuntur, & debere Penitentibus persuadere utrad Superiores accedant: pro absolutione videbunt obtinenda.

Secundum documentum est, Nec per accidens & indirecione, seclusa Superioris authoritate, Sacerdotem Inferiorum posse licet absoluere à referuntur: etiam imposito onere presentando se ipsi Superiori, nisi rationabilis ad ea dimidiandi confessionem. Ratio est: quia cum integritas confessionis sit de iure divino, truncato illius non potest esse licita, nisi rationabilis causa excuser. Facta autem proposito modo, est truncata; quia licet Penitentis omnia suspecta, tam referuntur quam non referuntur proferat; non est tamen in ordine ad Sacramentum; quia Sacramentalis confessionis est quæcumque peccati manifestatio: sed accusatio sui in foro penitentiali coram Iudice iurisdictionem habente in accusantem seipsum. Quia ergo talis Sacerdos non habet sufficientem iurisdictionem, cum non habeat protacta causa (quandoquidem nihil potest in referuntur) certe confessio sic facta non confitetur integra; utpote cuius pars non est iam dicta sul accusatio. Accedit quod si proprius Sacerdos

dō ideo possit absoluere subditū à casib. reservatis Superiori, quia potest à non reservatis, quib. per Sacramentum sublati, consequenter tolluntur reservata; dici pariter posset, simplicem Sacerdotem posse absoluere à mortalibus, quia potest à venialibus: quandoquidem his quoque sublati per Sacramentum quo diuina gratia confertur: illa etiam, qua cum eadem gratia confitescere nequeunt; consequenter auferri necesse est. Contra communem autem Ecclesie vsum est, vt simplices Sacerdotes nulla necessitate urgente, confessio-nes habent peccata mortalia, audiant, sine proprijs pastorijs facultate; ne quidem sub hoc onere, quod ei se posse ferant. Cum alioquin sub eo praetextu passi in quibus Sacerdos quibusvis audiendis se licet offerret; quod absurdum est, & ab Ecclesiastica disciplina alienum: & querimoniarum ac disordinarum seminarium.

Tertium documentum est: ante dicto modo daram absolutionem non esse ita illicitam, quia valida esse possit, si Penitens bona fide agat, nec obicem ponat gratiae Sacra-mentalii. Quam esse communem sententiam post Nauar. haber Suarez tom. 4. disput. 1. scđ. 2. num. 6. Probatur vero quia nullum validum impedimentum tuncesse potest, quā ex parte ministri non habent iurisdictionem in omnia peccata mortalia, quibus se Penitens contaminavit. At illud non est sufficiens, vt paret ex eo, quod omnium confessio valida sit confessio facta in inferiori carenti iurisdictione in re-servata, quando illam faciens habet quidem talia, hoc est, referuata; sed eorum nullo modo recordatur; aut si recordetur, constitutur de illis tanquam de non reservatis: plane ignoras referuata esse: cuiusmodi ignorantia sicut & obliuio exclusibile reddit dimidiationem seu truncationem materialem confessionis.

Vbi aduertere: quod eti Pœnitens cum per ignorantiam constitutus de referuatis tanquam non referuatis, dicat omnia peccata sua coram Sacerdote: non omnium tamen face-re confessionem Sacramentale m; sed tantummodo illorum quæ non sunt in re-servata, subsuntque ipsius iurisdictioni, per quam possit ab illis directè absoluere. Vnde sit, vt refetu-atorum expressio in confessione, non magis impedit eam esse materialiter multilam, quam ipsorum obliuio: ideoque de illa, perinde ac de multa ex obliuione dici possit: quod si rationabilis causa excusat, nihil esse quod impedit valorem absolutionis super illam dare: quia quidem directè cadet tan-tum in peccata non referuata absoluente: in re-servata vero tantum indirecte: seu quod cum repugnat diuina gratia: haec beneficio Sacramentalis absolutionis aveniente, illa eliminetur ab anima.

Sed obici potest, si hæc ita sint, dici quoque posse con-fidentem bonafide simplici Sacerdoti de venialibus, si obliu- seatur mortalium aut existimet venialis esse tantum, quæ sunt mortalia, absoluere validè. Cui obiectio consequenter Suarez ita occurrit, vt concedat id probabile esse: quia licet Sacerdos simplex non habeat iurisdictionem sufficiensem ad iudicandum per se de mortalibus: habet tamen sufficien-tem ad perficiendum Penitentia Sacramentum: quod cum vim habeat sanctificandi hominem, habet etiam peccatum mortale, si in illo inueniatur, expellendi faciendo ex inimico Dei amicum.

Quartum documentum est: in articulo aut probabili pericolo mortis posse quilibet Sacerdotem à quibusvis casibus reservatis directè absoluere quilibet Penitentem. Hoc habetur ex Concil. Trid. sess. 14. c. 7. Ad cuius intelligentiam videnda sunt tradita in preced. lib. 1. c. 7. n. 5. & aliquot sequent.

Quintum est: Episcopum posse directè absoluere à casibus reservatis Papæ, cum hic adiri non potest, vel cum casus sunt occulti, nec ad forum externum deducuntur. Hoc patet ex potestate eidem Episcopo concessa iure ad absolvendum à talibus casibus: de qua diximus l. 1. nu. 135. & 156. vbi monuimus illam quoad forum internum extendi etiam ad casus in bulla Cœne Domini reservatos. Quod ipsum assertus Henr. in sua summa l. 6. c. 14. §. 7. ex eo inferit, quod si quis in tale ca-sum incurrit & morbo detentus vel inclusus ne queat adire Episcopum ipsum: hunc auditam causam & personam qualitate cognitam, posse illum absenter, ab excommunicatione, non item à peccato, absoluere: & ita liberare à reservatione: aut certe

pleniorē cauæ cognitionem committere prudenti viro ad id specialiter delegato. Dico (specialiter) quia is est modus à Concil. Trid. præscriptus, cum in sess. 2. 4. c. 6. absolutionem à casibus Papalibus occultis nec deducunt ad forum exter-num committit Episcopo. Quia de causa peregrinus ab Episcopo loci, in quo peregrinatur, non potest à talibus absolu-que non est ad id specialiter deputatus per proprium Episcopum eiusdem peregrini; sicut opus est iuxta Concil. Trid. quod talem absolutionem committit proprio Episco-po vel alteri quemque ad id specialiter deputauerit. Quod tamen adverte, viam alias attingimus, intelligendum esse de peregrino, qui ad breve solum tempus vult morari in aliena diecesi: quia illae qui pro maiori anni parte morari statuit, ca-dem ratione absolvi potest quia ceteri de diccefi: quod etiam tangit Henr. in seq. §. 8. Et probatur quia pertale quasi domicilium, peregrinus fit in foro penitentiali subditus pa-stori eiusdem loci, iuxta dicta in preced. lib. 1. cap. septimo in fine.

Sextum documentum est: extra mortis probabile periculum, si Penitentem vrgeat necessitas vitandi infamiam ali-culi criminis; de quo suspectus est, aur grauis scandali, nec adiri possit Superior: posse de illius tacta licentia ab inferiori absoluiri, imposito onere illum postea deundi pro referuatis: aut si adiri possit quidem, sed periculo sum sit, crimen ei detegere, aut malitiosè recusat committere fa-cultatem alteri idoneo; tunc similiter absoluiri posse ex tra-ta commissione Papæ, qui censeatur ipso iure concedere iniuste negatam licentiam, præsentim virgente necessitate: que, (vt habet 4. regulæ iuriis. Extra) facit licitum, quod est iure illicitum.

Quanquam istud aliqui ita restrigunt, vt dicant neque tunc absolutionem nà à peccatis dandam esse; si casus sit referuatis ratione censuræ annexa: quia graue alioqui sacrile-gium committeretur. Id quod Nauarrus approbans ad cap. Consideret. De penitentia, distinct. 5. §. Cautus numer. 23. & in En-chir. cap. 26. num. 7. inde probat: quod excommunicatione excludat à diuinis, & maximè à perceptione Sacramentorum per cap. Si celebrat De Clerico excommunicat. ministrante. Attamen Angelus confessio, nu. 10. putat contrarium pro-babilius esse: si Penitentis non fuit in mora petenti absolu-tionem: vel fuit quidem, sed verosimiliter apparer, quod non erit amplius. Quam sententiam vt non tam tutam quam be-nignam reicit Rosella Confessor: nu. 10. solvens rationes quæ pro ea adferuntur: & addens oppositum Theologorū, Canofistarum, & Summistarum, fere omnium esse: genera-lemque confutitudinem habere, vt excommunicatio hohan-temque impendatur absolutio à peccatis, quam is sit à vinculo communicationis solutus.

Ceterum puram non esse repudiandum illud quod Scholastes eiusdem Angelii admonet; videndum esse in hac re quid saluti confitentes expediri: ideoque si casus occurrat, in quo non obstante excommunicatione, ipsum, vt facientem quidquid in se est, absoluiri à peccatis videatur necessarium: vt exempli gratia quia non potest probabilitate existimare se contritionem habere perfectam, qua sacra sanctorum Eucharistiæ sumptu, ad vitandum ex hypothesi scandalum, necesse sit ei est: Si in qua occurrat talis casus, absoluiri posse ab-que peccato; accepta tamen promissione eiusdem confiten-tis, quod cum primum poterit Superiore a dabit vel com-missariu eius à quo absoluatur à re-servatis. Ratio, quæ mouet me, præter Angelii non contemnam authoritatem, est: quod excommunicatione de se non faciat hominem ita in-capacem ab absolucionis à peccatis, vt hanc reddat nullam: vt patet ex dictis in preced. l. 6. c. vltimo scđ. vltima propof. 4. & 5. Nec item facit vt intrinsecè malum sit absolutionem à peccatis excommunicatione impendere: quasi nulla proflus de causa, id possit licet fieri: maximè cum non sit contentaneum Ecclesiam quando excommunicationem imponit, agere tanta severitate cum filii ut quantumcumque faciant quid-quit in ipsis est, velit nihilominus eis negare, quod est eis ad salutem necessarium.

Septimum documentum est, absolutum à casu re-servato, per eum quia accepit ad id facultatem à Superiori, non teneri se huic præsentare, nisi illam commissari sub eiusmo di onore (quod fieri non solet, etiam si possit, vt notat Hen-

302

riquez lib. 6. cap. 15. §. 2. & per consequens non reincidit in in eamdem excommunicationem: sicut is, qui ab excommunicatione resuata ab solutus est & in articulo mortis reincidit; per cap. Eos qui de fentent. excommunic. i. 6. Quod documentum habet locum in eo qui tempore Iubilaei abolutus est abesse fraude; etiam si omittat postea implete quae dearent pro confessa indulgentia: nam in Iubilao non darur Confessario facultas absoluendi reincidentium. De qua re idem Henriquez in sequen. cap. 16. §. 6.

89. Octo. documentum est, si Prelatus cui casus resuatur sit praesens in vice, reus per se vel per alium debet prouidam Inferiori confiteatur, illam adire ea intentione, ut integrum confiteatur illi omnia sua peccata, tam resuata quam non resuata. Hoc habet idem Henriquez in cit. cap. 15. §. 4. auctoribus commemoratis in marg. lit. P. & Q. additaque ratione; quod ordo ille procedendi aptius sit, & quasi regia via, ut primum a deo, Superior, qui per se absoluat, vel alteri absolucionem committat; quoque intentio integrum confitendi, quantum commoditas datur, necessaria sit ex Christi institutione, de qua Concil. Trident. less. 14. cap. 5. Quod si non expedit ipsum scire criminis resuatu reum, interponi commode poterit Confessario qui petat licentiam absoluendi aliquem suum Penitentem ab aliquo casu resuato. Id quod non grauare, sed facile concedendum est docto & probato Confessario petenti.

90. Quod si Superior causans occupationem; totam confessionem audire (quod magis decet) noller, sed sola resuata audire & ab aliis absoluere, proque absolutione à non resuatis remittere ad inferiorem: sic remissum non teneri confiteri huic de resuatis; eti potest ex eo deduc, quod sic data absolutioni Sacramentalis sit & valida iuxta antea traditum tertium documentum, tenet si Suarez tom. 4. disput. 31. sect. 1. num. 10. attamen quia plurimi ac nobisissimi auctores (quorum meminit Henriquez in eodem libro cap. 15. §. 5. in marg. lit. D.) sentiunt tunc quoque resuata cum non resuatis esse confitenda: quod confundendum est in praxi tanquam tutum, nec adeo grave de se, quin leue fiat commutatione timoris aeternæ damnationis, in spem aeternæ salutis.

CAP V T S E P T I M V M.

De effectu sequente executionem absolutionis à casibus resuatis.

S V M M A R I V M.

- 91 Peccatum resuatum, de quo iam facta est sufficienter confessio, non impedit quin si hec iteretur simplex etiam Sacerdos possit absolvere Sacramentaliter.
- 92 Resuatio potest per Superiorum tolli sine Sacramentali confessione.
- 93 Quod cum sit, non cuius Sacerdos absoluere potest, sed tantum is qui in Penitentem habuerit iurisdictionem ordinariam delegatam.
- 94 Delegatam tantummodo habens potestatem absoluendi a resuatis, eam exequi nequit, non audit a Sacramentali confessione Penitentis.
- 95 Non tollitur resuatio nisi Superior voluerit, etiam si velle debuerit.
- 96 Quomodo resuatio tollatur, dum habenti iurisdictionem sufficientem a deo tollendam, sit confessio Sacramentalis.
- 97 Obiectio cum solutione.
- 98 Prædictum modum habere locum non solum quando iurisdictione fuerit ordinaria, sed etiam quando delegata.
- 99 Habere item locum in confessionibus ordinariis.
- 100 Extendi ad resuacionem obliterum in predicta confessione.
- 101 Cumplices sunt eiusdem peccati resuatores, quomodo tollantur.
- 102 Et quomodo si fuerint excommunicationibus annexa.

91. **D**E hoc effectu late differit Suarez tom. 4. disput. 31. sect. 4. Qua autem pro praxi sufficientem completemu aliquot documentis. Primum est: quando habens casus resuatos absolutus est ab eis per Superiorum, vel alium cui Superior conceperit sufficientem ad facultatem, posse postea ab ijdem absoluiri per inferiorem, cui confessio aem illorum repetere placuerit. Ratio est, quia vt à venialibus, sic à quibus suis mortalibus, de quibus iam facta est legitimè confes-

sio, absoluere potest simplex etiam Sacerdos, fixta antedicta lib. 1. num. 65.

Secundum est, Superiorem qui iurisdictionem haber ordinariam, possit non tantum per absolutionem Sacramentalis tollere peccati resuacionem, sed etiam absque illa: adeoque peccati culpa non ablata; vt quando in casibus occultis Papæ resuatis Episcopus absolutionem dactum ab excommunicatione: ut quando aliqua alia ratione voluntatem habet expressam vel tacitam auferendi resuacionem sine Sacramentali absolutione: vt v. g. tantummodo audiendo peccatum resuatum & imponendo satisfactionem resuam, dandoque monita salutis, reliqua Inferiori committendo.

De quo Inferiore obiter aduerte, tales debere esse qui in eismodi Penitentem iurisdictionem habeat ordinariam vel delegatam: id est, qui pastor sit ipsius proprius, vel ab eodem delegatus. Ratio est, quia per eum modum auferendi resuacionem, peccatum non supponit clavis, ideoque adhuc est materia necessaria confessionis, perinde ac cetera peccata mortalia; à quibus nemo absolvire potest nisi in Penitentem habeat iurisdictionem ordinariam aut delegatam, vt expressum est in Concil. Trident. less. 14. cap. 7.

Aduerte etiam, eum qui iurisdictionem haber tantum delegatam circa resuatas, non posse resuacionem auferre modo praedicto: quo scilicet ea auferunt ut alium pro habentia Sacramentalis absolutione remittant. Nam non est quid tale concessionem delegato ad audiendas confessiones: ut pote qui subdelegare nequit eam delegationem, per quam tantummodo est electa ipsius industria, non autem ei commissa pastoralis cura.

Tertium est: quantumvis subditus legitimè confessus sit suo Superiori; si hic nec velit ipsum absoluere, nec causam alteri committere, non inde tolli resuacionem. Hoc Suarez in cit. sect. 4. num. 7. probat; quia in eo Superior viuit in se, quando iustam causam habet: vt si subditus non sit dispositus ad absolutionem, quia recusat satisfactionem, vel non ostendit firmum emendationis propotitum: vel si absolutio differatur, quia Penitens nondum facit quod in ipso est, quodque ab ipso exigit potest. Cum vero non habet causam iustam etiam si peccet negando malitiosè absolutionem, aut illius commissionem, resuatio adhuc manet: quia debet auferri per eius voluntatem, que quandiu non habetur, propterea nihil efficitur, quod talis ablato requirat iurisdictionis vim à quo ille vult tam per se quam per alium abstine omni. Itaque in tali casu, addit Suarez, recurrere oportet alium, Superiori ipsu. Quod si fieri nequeat, poterit quis resuatis antedictis num. 8. Inferiori confiteri, vt à non resuatis direcione absoluatur, & à resuatis indirecte, donec ac ipso Superiore maior facultas obireatur.

Quartum est: quando Superiori vel alteri habentia iurisdictionem sufficientem confessio à Penitente specialiter sit ad finem exonerandi omnino conscientiam suam, & consequenti absolutionem à peccatis, si quae forte habent, resuatis: atque eam suam intentionem manifestat tali Confessario, cui & bona fide dicit omnia peccata sua, que potuit in memoriam reuocare: tunc per absolutionem Sacramentalis sic acceptam liberari a resuacione casus quem forte habuit & per oblitioem tacuit. Hoc Suarez tractat fusus in eadem sect. 4. num. 12. Et commemoratis auctoribus ita tenentibus, pro fundamento adserit, quod absoluens intentio siue expressa siue tacita, sit per suam absolutionem liberare quantum potest. Penitentem ab omni onere suorum peccatorum. Quæ intentio in tali casu ex eo sufficiens colligitur, quod ipse sciens subditus accedat ad ipsum eam animo, vt quoad fieri potest liberetur ab onere peccatorum, vidensque illum bona fide confiteri, quæcumque in memoriam reuocare potuit, illū absolvit satisfactione imposita. Perid enim satis indicat quod velit quantum potest eum relinquerre liberum. Vnde cum possit tollere vinculum resuacionis, dubitandum non est, quin illud quoq; velit tollere præfertum cum pastorale munus ab ipso exigat, vt subditus faciente quod in eis est, & quantum in oraliter potest, conscientiam suam aperiente, & admittente quam imposuerit satisfactionem